Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

sam appellat. v importunitate eius carere cupientes quia non uti
clementiam. sed ut durum medicum crebrius inclamaret.
R. Pater peccavi in celum et coram te. iam non sum dignus
vocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercennariis tuis. V.
Quanti mercennarii in domo patris mei habundant panibus ego
autem hic fame pereo surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei. Fac me.
In illo tempore. Egressus Ihc Secundum Matheum.
secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananea
a finibus illis egressa clamavit dicens. Miserere mei do-
mine fili david filia mea male a demonio vexatur. Qui
non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius
rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia clamat post nos.
Ipse autem respondens dixit. Non sum missus nisi ad o-
ves que perierunt domus isrł. At illa venit et adoravit eum
dicens. Domine adiuva me. Qui respondens ait. Non est
bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. At illa
dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que
cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Ihc
ait illi. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis.
et sanata est filia eius ex illa hora. amen. Collecta
Deus qui conspicis. In laudibus a. Domine labia mea a-
peries et os meum annunciabit laudem tuam. Capitulum
Benedictio et claritas. R. Servus tuus ego sum da michi
intellectum domine. V. Ut discam mandata tua. Dāth. Ad
Bñ. ant. Egressus Ihc secessit in partes tyri et sydonis et ecce
mulier chananea a finibus illis egressa clamabat dicens miserere
mei domine fili david. Ad primam. a. Accedentes discipuli ihu ad
eum rogabant eum dimitte eam quia clamat post nos. Ad iij.
ant. Missus sum ad oves que perierant domus isrł dicit dominus.